UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Natura

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER XII.

N.

Natura.

DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

NATVRA, Græce φύσις, ιος, ἡ, & φυσικὸς, ῦ, ὁ, naturalis dicitur. Eſt autem natura principiũ, & cauſa motus, & quietis in eo, in quo eſt per ſe, & non ſecundum accidens. *ſec. Ariſt. l. 2. Phyſic. cap.* 1.

Natura diſcitur à naſcendo. *ſec. B. Thom.* 1. *part. q.* 29. *artic.* 1. Ea enim facit naſci omnia.

Natura interdum ponitur pro vi, vnde herbarum arborumq; naturas dicimus. A natura fit ...e, quod eſt ſecundum naturam: & naturales filii dicuntur il... ...quod ſola natura, non coniugii lege ſint orti ...le eſt, quod conuenit rei ſecundum ſubſtantiam eius, id ...od per ſe ineſt ei. *ſecund. B. Thomam prima Secundæ quæ.* 10. ...

...o igitur naturam diffinit, vt eam dicat eſſe ignem artificio- ...ad gignendum progredientem via. *Idem lib. 2. de Natura Deo-* ...

...Natura philoſophatur egregie Etymologicon trilingue Lug- ...num, pag. 504. 505. Pauca hæc adſcribimus. Hebræi duobus ...nempe *Harar* & *Ialad*, vim Naturæ in fœminis ad concipiē- ...pariendum exprimunt. Qui autem vim illam tribuit Deus ...Naturantis ſeu creantis inſtar, Naturam naturatam ſeu cre- ...uiuat, vegetat, iuuat, & promouet pro ſua benignitate.

LOCI BIBLICI.

...primo, pro re ipſa, ſeu verè, *Galat.* 4. 8. Secundo, pro ſen- ...vt vocant, 2. *Petr.* 2. 12. Tertio, pro eo quæ naſcendo nobis ...tur prærogatiua: *Gal.* 2. 15. Quarto, pro qualitate naturali- ...inhærenti: 2. *Petr.* 1. 4. Ibi Apoſtolus vocat Naturam, ...*ὑσίας*, ſed certas qualitates, quas Dei virtus in nobis effi- ...hactenus Dei imago ſimus, veluti cum nos cœleſti ſapientia; ...amore, vitii odio, & veris virtutibus imbuit: vt etiam accipi ſe- ...ſueuit Naturæ nomen pro Naturæ rerum diſpoſitione & effi- ... Sic imago illa fuit hominis, ante lapſum Naturæ: & poſt la- ...contrà, vitioſa omnis illa totius hominis qualitas, quæ vetus ...dicitur, & caro; cui opponitur quod Spiritus Dei in nobis ef- ...ideoque tum Nouus homo, tum Spiritus vocatur. Sumitur et- ...pro corruptione per peccatum in Naturam inuecta, ſeu pro Na- ...qualis eſt ab initio creata; ſed vt eſt in Adamo corrupta, & ...in poſteros deriuata: *Rom.* 11. 24. *Epheſ.* 2. 3. Naturæ impuritas, ...4. Natus ex Deo, peccatum non facit: *Ioan.* 1. 13 & 1. *Ioan.* 3. 5. & ...De Natura ſeu Eſſentia & Dei attributis multa Scholaſtici Theo- ...

...omine Naturæ ſignificatur nonnunquam rei cuiusque gene- ...ſeu Natiuitas. 2. Sumitur Natura pro intrinſecis principiis ...que rei, materia nempe & forma. 3. Quia cuiusque rei eſſentia ...pium eſt & cauſa omnis in ea re motus, & Naturalium quali- ...: idcirco nomine etiam Naturæ ſignificantur ſæpenumero ...tates naturales, quibus vna quæque res Naturaliter eſſe dici- ...

SENTENTIÆ PATRVM.

Flagitia, quæ ſunt contra naturam, vbique & ſemper repudian- ...atque punienda ſunt, qualia Sodomitarum fuerunt, quæ ſi om- ...gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur, ...non ſic fecit homines, vt ſe illo vterentur modo. Violatur quip- ...ipſa ſocietas, quæ cum Deo nobis eſſe debet, cum eadem natura, cuius ipſe author eſt libidinis peruerſitate polluitur. *Aug. l. 3. Confeſ. & hab. 32. q. 7. Flagitia.*

Vſus naturalis & licitus eſt, ſicut in coniugio, & illicitus, ſicut in adulterio: contra naturam vero ſemper illicitus, & proculdubio flagitioſior atque turpior. Quem ſanctus Apoſtolus & in maſculis & fœminis argu...bat, damnabiliores volens intelligi, quam ſi in vſu naturali vel adulterando, vel fornicando peccarent. *Augu. cont. Iouin. & hab. 32. q. 7. Vſus.*

Offerebat ſanctus Loth filiarum pudorem, nam etſi illa quoque flagitioſa impuritas erat, tamen minus erat ſecundum naturam coire, quam aduerſus naturam delinquere. Præferebat domus ſuæ verecundiæ hoſpitalem gratiam, etiam apud barbaras gentes inuiolabilem. *Aug. lib. de Patriarch. & hab. 32. q. 7. Offerebat.*

Nullum eſt vitium contra naturam, ...t natura deleat extrema veſtigia. *Aug. in quod ſer.*

Vince naturam diligentia, exclude corporis ſomnum. Naturam nobis formare non poſſumus, poſſumus diligentiam. *Ambr. in lib. de Ioſeph.*

Naturæ induſtria nunquam in nobis dormitet, grande profectò in nobis donum natura ipſa eſt. *Bern. in Cant ſer.* 83.

Paucis minimisque natura contenta eſt. *Boet. de conſ. l.* 2.

Dat cuique natura quod conuenit: & ne (dum manere poſſunt) intereant, laborat. *idem lib.* 3.

Natura creatrix eſt quædam vis & potentia diuinitus rebus inſita, alia ex aliis in ſuo genere producens. *Hugo.*

Repugnante natura quælibet cedit induſtria. *Caſſ. epiſt.* 38. *lib.* 4.

POETICAE SENTENTIAE.

Propert. lib. 2. eleg. 23.

Vnicuiq; dedit vitium natura creato.

Horat. in Arte Poet.

Tu nihil inuita dices faciesq; Minerua.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum, iuuat, aut impellit ad iram.

Horat. Serm. lib. 2. Satyr. 2.

Nam propria telluris horum natura, neq; illum,
Nec me, nec quenquam ſtatuit: nos expulit ille.
Illum aut nequities, aut vafri inſcitia iuris,
Poſtremum expellet certe viuacior hæres.
Nunc ager Vmbreni ſub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius, ſed cedet in vſum
Nunc mihi, nunc alij.
Naturam expellas furca, tamen vſq; recurret.

Iuuen. Satyr. 14.

Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicet.

Simylus.

Neque natura ſine arte ſufficit
Cuiquam omnino quocunq; in ſtudio.
Nec ars per ſe ſine præſidio naturæ.
Quod ſi iſta duo ſimul conueniant,
Adhuc deſiderantur ſumptus,
Amor, exercitium, oportunitas, tempus,
Natura, voluntas, ordo, diligentia,
Sapientes faciunt, bonosq; viros.

Ouid. 15. Met.

Nec ſpecies ſua cuiq; manet, rerumq; nouatrix
Ex alijs alias reparat natura figuras.

Horat. Satyr. 13.

Tamen ad mores natura recurrit.
Damnatos fixa & mutari neſcia.

Lucan. lib. 4.

Diſcite quam paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat: non erigit agros.
Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus.
Non auro, murrhaq; bibunt ſed gurgite puro:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita redit: ſatis eſt populis, fluuiusq́ Ceresq́.

Menander.

Ἡ δοῦσα πάντα, καὶ κομίζεται φύσις.
Quæ dat omnia & colligit natura.
Ἡ φύσις ἁπάντων τῶν διδαγμάτων κρατεῖ.
Natura omnibus doctrinis imperat.
Ἡ φύσις ἑκάστου γὰρ γένους ἐστὶν πατρίς.
Natura vniuscuiusq́ enim generis eſt patria.
Φύσιν πονηρὰν μεταβαλεῖν οὐ ῥᾴδιον.
Naturam malam mutare non facile
Ἤθη πονηρὰ τὴν φύσιν διαστρέφει.
Mores mali naturam permutant.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Natura eſt principium quoddam & cauſa motus & ſtatus eius, in quo ſit primo, per ſe, non per aliud alienaque. 1. *lib. 2. de Nat. c. 1. T. 3. & l. 8. de Natura, c. 3. T* 23.

Natura ſunt, vt & animantia, & eorum partes, & ea quæ oriuntur è terra, vt ignis, aer, aqua, terra. *Libro 2. de Natur. capitul.* 1. *Text.* 1.

Natura ea facit, quæ à quodam principio inſito continenter agitata, ad finem aliquem perueniunt. *Lib. 2. de Nat. c.* 8. *T.* 84. *& l.* 1. *de Part. anim. c.* 1.

Natura eſt cauſa, & in numero cauſarum, quæ alicuius gratia efficiunt, reponitur. *Lib. 2. de Nat. c. 8. T. 86.*

Natura dicitur vno modo eorum quæ innaſcuntur ortus: alio; id ex quo inſito primum aliquid gignitur. Præterea id vnde primus motus in quoque eorum quæ natura ſunt, quatenus idem eſt, proficiſcitur. Præterea dicitur id quod materia prima eſt. Alio modo natura dicitur; eorum quæ natura conſtant, eſſentia. Natura etiam ſpecies & eſſentia dicitur: hoc autem finis & perfectio. *Lib. δ. 4. Metaphyſ. c. 4. T. 5. & Nat. c. 12 del. T. 10. & Tit. 21.*

Natura, dux optima. *Cato maior.*

Mater rerum omnium natura. *Par* 1.

Omnium eſt natura communis. 5. *de Finib.*

Sua cuiusque animantis natura eſt. 5. *de Finib.*

Sua cuique natura eſt ad viuendum dux. 5. *de Finib.*

Multis ſignis natura declarat quid velit, ac quærat, ac deſideret: obſurdeſcimus tamen neſcio quo modo, nec ea, quæ ab ea mouemur, audimus. *Lælius.*

Facile indicat natura vim ſuam, cum homines quod facere ipſi non poſſunt, id recte in altero fieri iudicant. *Lælius.*

Si tales nos natura genuiſſet, vt eam ipſam intueri & perſpicere, eaque optima duce curſum vitæ conficere poſſemus: haud erat ſane quod quisquam rationem ac doctrinam requireret, cum natura ſufficeret. Nunc vero paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque deprauatis ſic reſtinguimus vt nusquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingeniis noſtris ſemina innata virtutum, quæ ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem ſimul atque editi in lucem, & ſuſcepti ſumus, in omni continuo prauitate verſamur, vt pene cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. Cum vero parentibus redditi, deinde magiſtris traditi ſumus, tum ita variis imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipſa cedat. 3. *Tuſc.*

A natura ipſa deciſcimus, vt nobis optimam naturam inuidiſſe videamur. 3 *Tuſc.*

Omnes naturæ duce vehimur. 1. *de Nat. Deor.*

Homo naturæ obediens, homini nocere non poteſt. 3. *Offic.*

Naturam ducem ſi ſequamur, nunquam aberrabimus. 1. *Offic.*

Nos naturam ſequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipſa oculorum, auriumque comprobatione, fugiamus. 1. *Offic.*

Omnia quæ natura aſpernatur, in malis ſunt: quæ adſciſcit, in bonis. 1. *Tuſc.*

Quicquid homini naturaliter inſitum eſt, eo vti decet: & quicquid agat, agere pro viribus. *Cato maior.*

Omnia quę ſecundum naturam ſunt, habenda ſunt in bonis. *Cato maior.*

Nihil in malis ducamus, quod fit vel à diis immortalibus, vel à natura parente omnium conſtitutum. 1. *Tuſc.*

Nihil eſt aliud gigantium more pugnare cum diis, quam naturæ repugnare. *Cato maior.*

Sine doctrina ſi quid bene dicitur, adiuuante natura, tamen id quia fortuito fit, ſemper paratum eſſe non poteſt. *De Clar. Or.*

Etſi ingeniis magnis præditi quædam, dicendi copiam ſine ratione conſequuntur, ars tamen eſt dux certior, quam natura. Aliud eſt enim poetarum more verba fundere: aliud, ea quæ dicas, ratione & arte diſtinguere. 4. *de Finib.*

Multi ſine vlla doctrina naturam ipſam ſequuti, multa laudabilia fecerunt. 3. *de Finib.*

Sæpius ad laudem atque virtutem natura ſine doctrina, quam ſine natura valuit doctrina. *Pro Archia Poeta.*

Omnes tacito quodam ſenſu, ſine vlla arte aut ratione, quæ ſint in artibus ac rationibus recta ac praua diiudicant. *De Or.*

Meliora ſunt ea quæ natura, quam quæ arte perfecta ſunt. *Nat. Deor.*

Nulla ars imitari naturæ ſolertiam poteſt. 1. *de Nat. Deor.*

Omnis natura artificioſa eſt, & habet quaſi viam quandam ctam, quam ſequamur. 2. *de Nat. Deor*

Natura bonis vt plurimum quæ hominibus largitur, & mala miſcet. *Diod. Sicul. l. 4. c. 4.*

Hæc lex naturæ apud omnes gentes recepta eſt, quam tempus delebit, vt ſuperiores inferioribus imperent. *Dionyſ. lib. 1.*

Eſt ea natura præſtantior, in qua deteriora conſeneſcunt, ra vigent atque adoleſcunt. *Plutarch. in compar. Cimonis culli.*

Rerum natura potentiſſima eſt. *Liu.* Decad. 4. *lib.* 7.

Nulla lex aut timor plus poteſt, quam ea quæ mortalibus ra tributa ſunt. *Xiphilin. Cæſar. Auguſt.*

Ego corruptrici naturæ in multis non obſequor, ſed tis, vt puſillæ mulierculæ conſiliis in rebus grauioribus Deum ſequi malo. *Nicet. in Io. Comnemo.*

Fortuna naturam plerunque corrumpit. *Curt. lib.* 3

Homines cum ſe permiſere fortunæ etiam naturam *Eod. lib.*

Natura mortalium hoc quoq; nomine praua & ſiniſtra teſt, quo ſuo quisque negotio hebetior eſt quam in alieno. *quinto.*

Male humanis ingeniis natura conſuluit, quod plerunque tura, ſed tranſacta perpendimus. *Lib* 8.

Cùm perturbata eſt Reſpublica, natura hominum oſtendit ſe libenter iniuſta facere contra leges, ſuperata ne iræ, iure potentior, & excellentioribus inimica. ſet natura hominum, non anteponerent vindictam erum iuſtitiæ, inuidentes alienæ potentiæ non lædenti. homines vindictæ cupiditate communes leges diſſoluere relinquere legum præſidia, ſi quid ipſis aduerſi accidat, bus ſalutis ſpes ſit. *Thuc lib.* 3.

Difficile eſt attributam certis rebus naturam humanam rare. *Pauſ. lib.* 2.

Bona natura, ſi non rectè inſtituatur, inter bonos etiam vitia profert, perinde atque bonus ager, ſi non tur. *Plut. in Coriolano.*

Inter vepres roſæ naſcuntur, & inter feras nonnullæ *Amm. Marcel lib.* 16.

Fortuna nihil eſt ad naturam, neque huius poteſt implere. *Plut. in Pompeio.*

Paucis nimisque natura contenta eſt. *Boet. de Philoſ.* *proſa.* 5.

Dat cuique natura quod conuenit, & ne, dum intereant, elaborat.

Iam vero quanta eſt naturæ diligentia, vt cuncta ſemina placito propagentur, quæ omnia non modo ad tempus verum generatim quoque quaſi perpetuum permanenda, quasdam machinas eſſe quis neſciat. *Idem lib. 3 proſa* 11.

Naturam mutare difficile eſt. *Sen lib. de Ira.*

Nulla ſapientia naturalia corporis aut animi vitia tur. Quicquid infixum & ingenitum eſt, lenitur arte, tur.

Tenenda eſt via, quam natura præſcripſit, nec ab illa dum: Illam ſequentibus, omnia facilia & expedita ſunt viuentibus non alia via eſt, quam contra aquam nauigantibus *de benefi.*

Omnibus enim natura, fundamenta dedit ſeminaque tum.

Inſita ſunt omnium artium nobis ſemina, magiſter culto Deus producit ingenia, natura, inquit, hoc mihi non intelligiste, cum dicis, mutare nomen Deo. Quid enim liud natura quam Deus, & diuina ratio, toti mundo eius inſerta? Ergo nihil agis, ingratiſſime mortalium, Deo debere, ſed naturæ: quia nihil natura ſine Deo eſt, ſine natura: ſed idem eſt vterque, nec diſtant officio. *ficijs.*

Res omnes quæ fiunt, quæ futuræ ſunt, & quæ facta natura vel fortuna vel arte fieri nonnulli aiunt. Maxima tura, fortunaque fieri: arte vero minora, quam natura magnorum operum generatione fingere, fabricari nora omnia, quæ artificioſa ab omnibus appellantur. *Dial.* 10.

Similis eſt ars plerumque naturæ. *Quint. lib.* 8.

Prima pietatis magiſtra natura eſt. *in Hiſt. Sax.*

In alio ſua quemque natura delectat.

Natura renouatrix rerum digniſſima. *Plin. Iun. Paneg.*

Gratia eſt habenda naturæ, quæ neceſſaria parabilia fecit: cilia autem paratu non neceſſaria. *Epicurus.*

¶ Ar

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Apophthegmata.

[So]crates dicitur eum execrari ſolitus, qui primus vtilitatem à na[tura ſe]iunxiſſet. Naturam appellat honeſti rationem homini à natu[ra in]ſitam. *Eraſ. l. 6. apoph.*

Ariſtoteles tria ad ſolidam parandam ſapientiam, præcipue ne[ceſſari]o eſſe dicebat, Naturam, & Doctrinam, & Exercitationem: In[uita] enim Minerua, & ingenio refragante, fruſtra etiam in rebus [bonis] laborabis. *Laert. l. 5. c. 1.*

Phocionis filius plura ſolito obſonia coemerat. Pater comminatus [eum] plura quam ſecundum naturam per incontinentiam ingurgi[tantem] ipſum pœnas luiturum. Senſit autem Phocion, naturam pau[cis co]ntentam eſſe, multis autem corrumpi & deprauari. *Stobæus* [ser.] 15.

Dionyſius ſen. Matri, quæ quamuis anus marito tradi vellet: Ci[uitatis] inquit iura violari poſſunt, naturæ non poſſunt. *Eraſm. lib. 4.*

¶ Similitudines.

[S.] Baſilij: Natura nihil patitur imperfectum. Et imago quæ tan[tum e]x parte media videtur, non viſum ac ſpectatorem admodum [oblect]at. Et itineris labor inanis quidem niſi ad ſtatutum perueniat [terminum] quo viator præſcripſit. Et currentes in ſtadiis, vno ſæpe tan[tum] gradu deficientes, à palma excidunt.

Philonis Iudæi: Quemadmodum omnis aqua ſuapte natura [quieta] eſt, quoties ſecundus ventus à puppi aſpirat, omni rudente [laxato] plenis velis naues in portum inferuntur: quoties autem re[pente] aduerſus à prora incumbit, multam iactationem ac ſtrepitum [excitat], interdum etiam ſubuertit nauigium: & tamen innoxio ma[ri cri]men hoc ingeritur, cum ſatis appareat, remiſſione vehemen[tiæ] ventorum aut fluctus aut tranquillitatem fieri: Ita natura [ratio]nem auxiliatricem habet, quieta quidem eſt per ſe eumq; [...] merito reddit, qui contra omnes impetus poteſt bene vti. [Li]b. de Cherubim.

Quemadmodum nemo ſanus ægre fert à ſe repoſci debitum aut [depo]ſitum. Eodem modo natura quod ſuum eſt repetente, non ar[bitr]or indigne ferendum, ſed neceſſitati conſentiendum. *Lib. 1. de [...] fol. 250.*

Quemadmodum in periculoſis morbis medicus interdum cor[poris pa]rtem reſecat, vt ad ſanitatem id perducat: gubernator quo[que tem]peſtate occupatus, iacturam facit, dum ſaluti nauigantium [conſulit:] nemo tamen vel illum incuſat quaſi noxium, imo vterque [ob rem] geſta laudatur, quod vtile dulci prætulerit: Eodem modo [et] natura ſemper ſuſcipienda eſt contentis ſtatu rerum præ[ſen]tium, modo abſit malitia voluntaria: nec inquirendum quam [gra]uia ſint quæ obueniunt, ſed ad more bonæ conſtitutæ Reipub. [...] regatur ac gubernetur ſalutari ordine. *Lib. 1. de præmiis & [pœ]nis.*

[Nili] monachi: Vt materia humida difficulter ignem conci[pit, ſic h]umana natura bonum non facile comprehendit. *ſer. 69.*

[Plu]tarchi: Qui de natura quæritur, quod quædam genuerit ho[mini i]nimica, diſſimulatis tot bonis, perinde facit ac ſi quis Nilum ca[lum]niatur alioqui frugiferum Ægypto, quod crocodilum habeat, [...]dem: nec poſtea velit frui prognatis frugibus, ſed tantum [queratur] de venenis, quæ nutrit. At ſi quis in copioſa oratoris ora[tione], quæ multis exuberet virtutibus, de pauculis voculis temere [ca]uillet ur. *in mor.*

[B]os ad aratrum adhibendus, equus ad currus, ad venatum canis, [ait] Pindarus: Sic quisque debet eam vitæ rationem capeſſere, ad [quam n]atura ſit appoſitus. *in moral.*

Quemadmodum ex eodem luto licet fingere animantia, ac rur[ſus co]nfundere, atque continenter aliud ex alio facere: Sic natura [ex ea]dem materia genuit maiores noſtros, his extinctis nos, deinde [...]que alios. *in moral.*

[Cic]er. Vt nauem & ædificium, idem deſtruit facillime, qui con[ſtruxit]: Sic hominem eadem optime, quæ conglutinauit natura, diſ[ſoluit]. *In Catone maior.*

Vt ædificiis architecti auertunt ab oculis naribusque domino[rum] ea quæ profluentia neceſſario tetri eſſent aliquid habitura; Sic [na]tura res ſimiles procul amandauit, à ſenſibus. *Lib. 2. de Nat. Deo[rum].*

[P]linij: Vt talpæ quod parum aut nihil cernant, liquidius audiunt: [Ita n]atura paria facit, dum quibus corporis formam negauit, his a[ni]mi vigorem confert. *Lib. 10. c. 69.*

¶ Adagia.

E ſquilla non naſcitur roſa, nec hyacinthus. οὔτε ἐκ σκύλλης ῥόδα [φύετ]αι, οὐδ' ὑάκινθος. *Theognis.*

In eandem ſententiam quoq; Horat. Neq; imbecillem feroces pro[cre]ant aquilæ columbam, hoc eſt, è probis parentibus naſcuntur [plerumque] probi, ex improbis improbi, man lieſt nicht Feygen von Dorn[hec]ken/noch Trauben von Diſteln.

Bonæ leges ex malis moribus procreantur. *Macrob.*

Neq; enim vllis opus eſſet legibus, niſi perperam viueretur.

Mali corui malum ouum. Κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, *Gellius.*

Id eſt: qualis parens, talis filius: qualis præceptor, talis diſcipulus: qualis vir, talia facta. Wie der Vogel/ſo das Eye. Böß Vögel/ böß Eye. Ein Eul heckt kein Blawfuß / ein Eul heckt kein Falcken.

E tardigradis aſinis equus prodit. ἐκ βραδυσκελῶν ὄνων ἵππος ἄρξ[ε]σιν.

In eum qui ex obſcuris natus parentibus, clarus euaſit. Vel in arrogantem & ferocem, infimo tamen genere ortum.

Ex quercubus aut ſaxis nati.

Hom. Odyſſ. τ.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.

Nam neq; fatidica quercu ſatus es, neq; ſaxo.

Quadrabit in eos prouerbium, qui vel obſcuro nati ſunt genere; vel ingenio præditi agreſti, efferisq; moribus. Germanice per interrogationem; Meyneſtu daß ich von einem Stein oder Stock entſprungen ſey?

Nunquam ex malo patre bonus filius. οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. *Eurip.*

Cui affine eſt illud: κακοῦ κόρακος. &c.

¶ Hieroglyphicum.

Fuere, qui per *Lunæ* hieroglyphicum *naturam humanam* exprimi differerent. Nam quod hæc è limo terrave conſtat: terra etiam Lunaris globus eſſe perhibetur: Pythagoras enim Lunam modo terram cœleſtem, modo terreſtre cœlum appellabat ac terræ ſimilem [e]am dicit Ariſtoteles. Varia eſt præterea Lunæ facies diebusq; ſingulis immutata conſpicitur: neq; varietati quicquam magis obnoxium, quam rerum humanarum conditio. Quin etiam ſi vniuscuiusque hominis vultum intueamur: nunquam aut rariſſime hac & illa vice eundem eſſe conſpiciemus. *Pier. Val. l. 44. pag. 432. F.*

¶ Fabula.

Æthiops.

Emptum æthiopem quidam putabat ita negligentia prioris domini decoloratum fuiſſe. Itaq; ad ſe deductum, ſumma cum cura lauare, deſtringere, & omni ratione annit[i], vt ſordes illas, quemadmodum rebatur, abſtergere poſſet. Verum mutare illum colorem non valuit, æthiops autem afflictus cura in morbum incidit.

Significat fabula, nullo pacto mutari ingenia & naturas, ſed retinere inſitas ſemper proprietates, & quaſi perſonas attributas ſibi. Recte igitur dicitur & hoc apud Ariſtophanem:

Non poteris rectum cancris inducere greſſum,
Nec leuis horrentes echini reddere ſontes.

Formica.

Quam animantem formicam nominamus, eam fuiſſe quondam mortalem humani generis accepimus. Exercuiſſe autem agriculturam, in cuius aſſiduo ſtudio & ſumma cupiditate, vicinis & res & frumenta ſubtrahere clanculum ſoleret. Qui cum, vt fit, furi multa quotidie mala imprecarentur, motus tandem Iuppiter communi execratione, in animantem, quæ vt diximus, formica nominatur, conuertit furacem agricolam. Non tamen vna cum ſpecie mores quoque mutati fuere, nam formica nunc quoque tuta frequentat & alienos labores ipſa percipit atque recondit.

Fabula oſtendit, naturas prauas immutatas manere in omni fortunæ varietate.

Vide Diſciplina, Educatio, Mores.

Naufragium.

¶ Definitio. et Etymolog.

Naufragium, Græce ναυάγιον, ου, τὸ, & ναυαγέω, naufragor, & ναυηγός, οῦ, ὁ, naufragus dicitur. Eſt autem naufragium, naue fracta rerum & corporum ſubmerſio, quod plerumque contingit caſu fortuito, propter vim tempeſtatis vel fulminis, diciturq; à nauis & frango. Nauis vero Græce ναῦς, τῆς νεὸς, ἡ, dicitur: vnde nauale, in quo naues ſtant ſeu fiunt, & naues celer, cuius contrarium eſt ignauus, à quo ignauia, deſidia ipſa, & ignaue aduerbium deſidioſe, & nauo verbum, quod eſt ſtrenue facio, & naumachia, id eſt, nauale prælium, à ναῦς nauis, & μάχη prælium, vnde & monomachia ſingulare certamen, à μόνον ſolum, & μάχη pugna, de qua ſupra in dictione Monachus. A nauis pariter fit nauarchus, id eſt, nauis princeps, & nauclerus, qui nauem regit, qui nauicularius dicitur: & nauigo, hoc eſt, nauiter facio, & nauigium ipſa nauis, & nauigatio ipſa profectio, & nauicula parua nauis. Nauta ſiue nauita, qui in naui agenda ſe exercet. De aliquibus nauigationis inſtrumentis, vide ſupra in Militari prudentia.

Naufragium figurate pro calamitate, damno, iactura vel exitio vſurpatur apud probatos auctores.

¶ Biblici Loci.

Naufragium Pauli, *Act. 27. 59.*

¶ Poeticae Sententiae.

Ouid. 2. Amor. 11.

Nauita ſollicitus iam ventos horret iniquos,
Et prope tam lethum, quam prope cernit aquam;
Quod ſi concuſſas Triton exaſperat vndas.
Quam tibi nunc toto eſt nullus in ore color.
Tum generoſa voces fœcundæ ſidera Lunæ,
Et felix dicas, quem ſua terra tenet.